fornicatio est ita notoria q̄ nullam h̄ dubitatōem. v̄puta quādo  
scubinaris scubinam tenet vt v̄rorem ⁊ nutrit proles vt filios.  
ita q̄ nō audeat diffiteri. Et tenera si tantoz viroz dicta sunt vera. se  
quitur q̄ infiniti scellores vna cū scubinarijs illaqueatur. cuz in  
dies. vt ad oculū videmus q̄ sine remissione ipsi scubinarij absol  
uūt. nec aliquis eoz p̄pter irregularitatē quam dicūt eos incur  
rere ad sedē mittitur apostolica. Sed an desup̄ per iamiam sequen  
tia possent releuari. relinquitur disputantibz ⁊ discussione maiorū  
Unde circa p̄dictā materiā sic d̄r Joānes Erfordensis in summa li  
bro primo. titu. primo. parte p̄ma. fornicator notorius si celebrat  
fm̄ Hostien. ⁊ Huil. sit irregularis. q̄d durū est sentire. licet em̄ sus  
pensus ab officio suo ab homie idistincte fiat irregularis celebrādo  
vel ministrando in officio suo maxime scienter legendo sez euāgeli  
um vel epistolā vel in officiendo. nō tū suspensus a canone semp̄ ef  
ficatur irregularis. nisi vbi canon hoc exprimit. q̄ mitius agit lex in  
animata q̄ aiata. hec ille. De hostiē addit q̄ dictū Huil. ⁊ Hosti.  
est tutū. Narrat etiā discipul⁹ in sermonibz. d̄nica. xij. q̄ fm̄ Huil.  
sup̄ hac irregularitate ep̄m posse dispensare. ex quo dispensatio in h̄  
casu nō est p̄hibita. ⁊ iura que inueniūtur in contrarijs illa p̄cedunt  
de suspensio nō a iure. q̄ iura benignius solēt agere q̄ hoies. hec ibi.  
Consequēter q̄dam alius summista Joānes laurēcy. ordinis mino  
rum magis late d̄r. Uerū est q̄ suspensus ab hoie celebrās sit irregu  
laris. Et etiā a canone p̄pter crimen. vt p̄ extra de re. iudi. cū eterni  
et. c. cū medicinalis. de sentē. excō. lib. sexto. Sz hoc inq̄r intelligaa  
verū vbi canon talē penā imponit. als nō. supra eo. is q̄ li. vi. vñ de  
Inno. de cle. excō. mini. c. si celebrat. si fornicari⁹ suspensus celebrat  
nō est irregularis. ⁊ Vincēt⁹ h̄ assertissime tenet in. c. q̄ sitū. de tēpo.  
or. Idē tenet Archi. de re iudi. cuz eterni. li. vi. Nec est snia canonis  
vel suspēnsionis p̄prie. sed rei. q̄n̄ d̄r. Sit suspēsus q̄sqz satisfaciat  
vel peniteat. ⁊ ideo post p̄niam legitimaz poterit celebrare. ⁊ si ante  
celebrat nō est irregularis. de coh. cle. c. sicut. Et sic notori⁹ fornica  
tor si celebrat nō est irregularis. lz p̄ canones in odiū criminis aliq̄d  
sit obiectū q̄ad taliū vitatōem. vt supra eo. c. vestra. ⁊. c. tua frater  
nitas. ⁊. xxxij. di. null⁹. ⁊. s. verū. ⁊ h̄ vltimū notat Inno. vbi supra  
Et q̄dā doctor iuris Colonie ordinarius cū quo sup̄ hac materia cō  
tuli opinādo voluit etiā q̄ scubinaris celebrādo nō incurrat ir  
regularitatē ¶ Sed nūquid etiā in his releuat dictū Cancellarij do  
ctoris scoloriū. q̄ in de sp̄uali vita multas p̄pōnes notabiles cir  
ca ecclie cēluras ponit. ⁊ iter cetera ad p̄positū d̄r Expediēs videres  
institutio aut iam institutoz talis interpretatio vt solus excōicatus



## Foliū

aut suspēsus a iudice z nō a solo iure straheret irregularitatē in iudicando se sacris. z talis solū iudicialr pōdenat<sup>r</sup> a p̄tate absoluedi in foro p̄scie spoliat<sup>r</sup> censereret. Decibi z alia p̄corditer d̄t in regulis

Rūdet q̄ Cācellari<sup>r</sup> ibidē multa vtilia z expediētia q̄ vtiā cetera minata forent zelose p̄ponit. Verūm q̄ idē ipse p̄tessādo fatet se p̄ h̄mōi nil assertiue determinare dicēs. Ego aliq̄s p̄positōnes examinatōni sup̄ior ac prudētū decerui p̄ponēdas absq̄ assertōe earum quas ip̄i assertādas indicauerint ad quos spectat. Decille. Quis ḡ in hac re ob dictū Cācellarij nisi aliorū rectū iudiciū ad quos ip̄e mittit sup̄uenerit tute resup poterit figere pedem. Demū aliud etiā hic attēdēdū. videlz q̄ p̄cubinari<sup>r</sup> sacerdos aut clericus cristēs in sacris notori<sup>r</sup> s̄m doctores iuris. z Angel<sup>r</sup> h̄z p̄ indubito tenet fruct<sup>r</sup> q̄s p̄cipit de b̄nficio restituere q̄n aliūde sine his p̄t viuere. qz cū sit suspēsus. vt iḡ dictū est p̄ Panor. z Docto. in. c. vestra. vbi supra p̄inde est ac si nō resideret. qz nullū z inutile idē est p̄. c. inter corporalia. de trāsa. p̄la. sicut nō rite z non fieri paria iudicant. vt in. c. veniēs de p̄sby. nō nō bap. Neū q̄s hec aduertit. q̄s h̄mōi laq̄os inextricabiles enodabit. Certe hoc mare magnū. illic reptilia quoz nō est nūerus. Et vtiā pastores lanā z nō oues querētes singulariter hec aduerterēt. nūq̄ certe p̄cubinario aiay curā saoy vt indica fieri videt d̄nabili<sup>r</sup> p̄mitterent.

**D̄t.** Ergo p̄mo An p̄mittēs curā aiay p̄cubinario peccat mortalr. calr. z p̄ hoc sit in statu periculoso. Rūdet simplr q̄ sic. Dicit em̄ Albertus in q̄rto. dist. xliij. ar. r. Nullū dubiū est mortaliter peccare illū qui indignū sciēter p̄mouet ad curā pastoralē vel aliq̄d eccliastricū beneficiū. hec ille. Cōstat autē de p̄cubinario notorio q̄ sit maxime indign<sup>r</sup>. cū vt supra patuit sit infamis. ḡ p̄mittēs sibi aiay curā mortalr peccat. Rō huius ex b̄to Tho. p̄z in quarto dist. xliij. Tum p̄mo. qz d̄no suo deo scz infidelis dispensator est. estz em̄ infidelis terreno d̄no. qui in eius officio sibi inutilē poneret q̄to magis iste qui malū criminofum ponit ad curā aiay. cuius hoc in detrimentuz ecclie vergat z honoris diuini q̄ p̄ bonos ministros p̄mouet. Tum secūdo. qz spūalia bona sub periculo ponit. quod est mortale non minus q̄ poneret sub periculo bona temporalia ecclie ibidē s̄m Alber. z b̄. Tho. Per ministeriū em̄ horū maloz diuina cōtemnūt. iuxta illud Gregorij Dredicator cui<sup>r</sup> vita despiciat restat vt ei<sup>r</sup> p̄dicatio p̄tēnat. z d̄t b̄. Tho. in q̄rto vbi supra. eadē rōne qua p̄dicatio p̄temnit. om̄ia spūalia ab eis exhibita p̄tēntur. Dec ille.

Secūdo probatur. esto q̄ pastor ip̄emet esset p̄cubinario. tūc p̄ se non posset aliq̄d sacramētū digne ministrare. q̄n semper mor



## Vnderimū

taliter vt supra patuit peccet. q̄ nec p̄ aliū ꝓcubinariū. hoc idē p̄t q̄n  
peccet mortali. qz d̄. xlvj. dist̄. sicut qd̄ q̄s suo noie nō p̄t facere nec  
alieno noie d̄. Tertio p̄bat pastor ꝓdic̄ ꝓtra canones q̄z igno  
rancia eū nō excusat de facto suspēsum inducit q̄ irregularitatē icur  
rat. s̄m tutorē opinionē q̄. Quapropter ait qd̄s magn̄ q̄ dānosū  
sine agit q̄ notorio ꝓctōu maxie in malicys ꝓsuetō ouīū suaz curā  
ꝓmittit. aut iuuamē ꝓstat q̄ tali ꝓmittant. poti⁹ em̄ inq̄t oīa mala  
etiā ꝓccōcatōez si casus se obtulerit d̄. q̄s sustinere anteq̄ tali oues  
ꝓmittat aut ꝓsentiat q̄ sibi ꝓmittant. qz sani⁹ eēt agere ꝓtra tradi  
cionē hoīm q̄ ꝓtra legē altissimi. Ex his tā īfert q̄ pastor d̄ ꝓsona  
liter residere honeste. aut eccliam poti⁹ resignare etiā si deberet medi  
care anteq̄ ꝓcubinario eccliam suā ꝓmittat. nō obstatib⁹ ꝓmodis  
q̄buscūq̄ etiā spūalib⁹. nō em̄ sunt faciēda mala vt eueniāt bona.  
ad Romanos. iij. Nec sup̄ his q̄ ꝓcubinario ministratio sacramē  
torū cōmittat p̄t fieri dispēlatio etiā ꝓ papā. repugnat em̄ iuri d̄iuisi  
Uñ d̄. Alter⁹ in. iij. dist̄. xxiij. nūq̄ p̄t dispēlari q̄n peccat morta  
liter talis. in q̄libet actu ministratiōis q̄diu ē indign⁹. Et abusiones  
in his nō diminuūt ꝓctā s̄z aggrauāt. ⁊ iō in talib⁹ dispēlatōib⁹ si  
ꝓlatus aliq̄d facit peccat mortali. hec ille. Pastor q̄ q̄cūq̄ curā aīaz  
suaz ꝓcubinario ꝓmittit oīm ꝓctōz. q̄z in tali statu ex ꝓte āmini  
stratiōis sacramētorū nō ē nūerus reus erit in tremēdo iudicio. Cō  
sentientes em̄ ⁊ facientes pari ꝓna ꝓlectendi sunt. xviij. q. iij. oēs.  
et d̄ dictū Apl̄i ad Romanos ꝓ. Et ad h̄c ill⁹ autoris libri causaz  
s̄z. Quicq̄d eā cause eā causati Uñ d̄. Gregori⁹ in registro li  
bro ꝓ. Necessē ē vt oēs culpas ⁊ negligēcias sibi ip̄tetur q̄ ministe  
riū ꝓctis infirmo ꝓmittit. q̄ Insup̄ ex his euidenter etiā tā ꝓz Altas  
rillas seu habētes capellas aut q̄uis mō officia ad celebrandū de ꝓ  
tata illos nō eēt tutoz. s̄z etiā in dānosō ꝓriculo ꝓstitutos ⁊ ꝓccare  
mortali dū vices suas ⁊ sacramēti altaris ministratiōem ꝓcubina  
rijs ꝓmittūt. aut eis sub annuo censu sunt locātes. Dicitū em̄ Albi  
et rōnes ꝓacte eque ꝓtra eos militāt. q̄ Demū etiā īfert q̄ Episco  
pi ⁊ eoz officiales ꝓccāt mortali dū ꝓcubenarios ꝓnitētiarios cō  
stitūt vt a casib⁹ sibi reseruatīs sacramētal̄ alios absoluāt. Ta  
ceō nūc de alio ꝓctō ꝓlatoz qd̄ incurrūt dū ꝓcubenarios notorios  
ministros iusticie. vt ꝓta fiscales. sigilliferos aut officiales ad cor  
rigendū alios ꝓcubenarios ꝓstitūt aut admittūt. Iudex em̄ vt d̄  
te. Tho. sup̄ Joan. viij. dū ē public⁹ ⁊ ꝓtra aliū fert sn̄iam in eoz  
crime ꝓccat scādalizādo. Et s̄lli mō ꝓccat corrigēdo. vt d̄. 2. 2.  
q. lx. Uñ etiā d̄. Alter. in q̄to. dist̄. xix. q̄ corrigēs aliū nō d̄ esse in  
ill⁹ notorio. vñ in maiori ⁊ nō p̄t eū iudicare nisi cum mortali ꝓctō.



## Foliū

hec ille. Sequit̄ q̄ p̄latus q̄ ponit talē z in h̄ statu cū admittit z cō-  
seruat q̄ nō min⁹ ip̄o peccat. Tenent̄ q̄ plati cū eoz ministros iustis  
eie ꝛubinarios eē p̄cipiūt sub pena salutis eterne eos aut ab officijs  
amouere. aut cogere q̄ absq̄ mora ꝛubinas abijciāt. Nec ualeat si  
dicat ep̄us aut plati⁹ ad regendū eccliam se interdū alios nō posse ha-  
bere. Reuera agāt fidelē vt fideles disp̄satores. z vtiq̄ zeus eis de  
idoneitate ministroꝝ p̄uidebit. x̄o em̄ vt inq̄t te. Tho. in q̄rto. dis-  
p̄tū. nūq̄ ita deserit eccliam q̄n inueniant̄ idonei ministri. Cū d̄t  
Lyra sup̄ illō Jacobi p̄. Si q̄s idiget sapiētia postulet a deo zc. q̄  
z̄o ē infallibile directū q̄ nō deficit ad se veracif̄ currētibz. qz si natu-  
ra nō deficit in necessarijs. multo minus auctor nature. hec ille.

**¶** Secūdo. Quid sentiendū sit de disp̄satoe q̄ndā sacerdotū  
p̄sertim ꝛubinarioꝝ sup̄ p̄fessione differēda zc. Rūndē  
q̄ ē q̄dā error intolerabil̄ p̄sumptuosus. astutia diaboli inuentus.  
multoꝝ sacerdotū p̄sertim ꝛubinarioꝝ. q̄ cū volūt celebrare z h̄nt  
copiā sacerdotis. z opportunitatē p̄fitendi. veniūt alter ad alterum  
p̄tentes sup̄ p̄fessione faciēda disp̄satoem. z dicūt disp̄sēt̄ me cū  
Et sic ignari simulata z ficta disp̄satoe p̄tenti. sine actuali p̄fessioe  
ausu q̄dā temerario altare accedūt. Sz reuera fallunt̄ z peccādo se/  
ip̄os recipiūt. Aut em̄ h̄mōi sacerdos celebratur̄ p̄ceptū implere p̄t de  
p̄fessione faciēda. aut nō. Si nō. tūc disp̄satoe nō indiget. Si  
sic. tūc rōnabile z necessariū ē q̄ seruet̄ p̄sertim. dūmō h̄z opportuni-  
tatē z copiā sacerdotis cui deuote secure z rite p̄fiteri p̄t. Cū p̄z tūc  
disp̄satoem fieri nō posse. Cōtra em̄ rōnem nō ē fidel̄ disp̄satio. sz  
crudel̄ dissipatio. put̄ d̄t Bernard⁹ ad Eugeniū libro. iij. Obuiat  
ergo huic p̄sumptuoso errori sacrascriptura z sanctorū dicta p̄sertim  
scribentū sup̄ magist̄ q̄rto s̄uaz. vt ē b̄t̄s Tho. Durandus Pe-  
trus de palude. sc̄tus Bonauē. Schor⁹ z alij q̄z vna ē rō. qz nō tūc  
bz recōciliari deo. sz etiā ecclie. ad h̄ q̄ digne sumat sacramētū vnita-  
tis ecclie. Ad hoc doctor Nicolaus dynckelspiell. z alij in q̄rto alle-  
uendū. Audacter dico. si añ sacerdotis absolutōem criminofus ad  
cōiōnē corpis christi accedat. p̄ certo sibi iudiciū māducat. z bibit.  
etiā si añ peniteat. z etiā vehemēt̄ doleat z igemiscat. hec ille. Intel-  
ligēdo tñ qñ h̄z copiā sacerdot̄ put̄ d̄t Tho. de argētina post alios  
ibidē i q̄rto. Lasset̄ igit̄ error̄ h̄z venenosus. ne pctm̄ pctō accumulē.

**¶** Tertio. de grauitate ꝛubinatioꝝ seu fornicatioꝝ in sacerdo-  
tibus. q̄ q̄stio ꝛernit̄ etiā sacerdotes alios a ꝛu-  
binarijs. z cū h̄z religiosos z clericos i sacris exutes. Et in p̄mis q̄rit̄



## Duodecimū

an fornicatio seu de cubicis i eis sit gū? pccm̄ ipoladulterio Rūdet  
q̄ sic. Lū? rō. sacrilegi q̄ votū solēne continentie violat. plus peccat q̄  
adulteri. s; pdicti fornicādo efficiunt formale sacrilegi. g. Maior p; p;  
xxvij. q. p. meliore. vbi summarie habet q̄ peiores sunt adulteris q̄  
continentie votū violat. Per votū em̄ solēne continentie ad altū ordinat.  
Un̄ vt glo. de ibidē. coniugiu spūale iter deū z hoīem violat. qd̄ ē al-  
tius q̄ illd̄ qd̄ ē inter hoīem z hoīem. q̄to ḡ maior ē ille cui inferit in-  
iuria. tāto mai? pccm̄ dimittit. Directe autē pdicti in deū peccat z cō-  
tra pcepta p̄me tabule. Adulter at̄ in primū peccat contra pcepta se-  
cūde tabule. Minor p; p; q̄ tales fornicādo votū solēne continentie vi-  
olant. In voto em̄ solēni continentie. nō tū simplici. s; m̄ q̄ Henricus  
berp. post bñm̄ Tho. sexto pcepto de. q̄s p̄seq̄ quādā p̄secratiōnem  
sui bñdictionem cui? de? auctor ē q̄ totali? deo z diuino cultui deputat  
fornicādo at̄ violat h̄mōi cū iniuria dei. z p̄ p̄sequēs enorme sacri-  
legiū p̄prie pdicti dimittit. Un̄ de beūis Tho. 2<sup>o</sup> 2<sup>o</sup>. q. xcix. formale  
et p̄prie pccm̄ sacre p̄sone sacrilegiū ē. qd̄ agit directe contra a? sc̄ita-  
tem. puta si virgo dedicata fornicetur. Et eadem rō est in alijs. Dec  
ille. Etia de ibidē. q. cluij. q̄ quilibet spēs luxurie s; m̄ q̄ violat aliqd̄  
pertinens ad cultum dei de sacrilegium. Patet ergo q̄ quisvis predi-  
ctorum est sacrilegus auferens sacrum a sacro. id est seipm̄ voto so-  
lenni p̄secratum a deo. vnde sic fornicando sponsa dei abutitur. quia  
clericus spōsa christi. efficiēbat in ordinis susceptōe. q̄ ordo h; votū  
solēne continentie annexum z religiosus p̄ votum solēne religionis.  
Nūqd̄ em̄ inq̄t de octo sc̄tis Vincenti? in q̄dā sermone ille sacrileg?  
ēit q̄ sepulchrū dñi ad lutū aut fedā latrinā p̄icere p̄sumeret Quid  
autē sacerdos q̄ emisit votū continentie aliud ē q̄ sepulchrū dñi viuunt  
mūdicie deputatū. Ad hec facit. xxvij. q. j. c. sciendū. Secūdo p̄bat  
ex eo dē fundamēto. q̄ fornicatio pdictor̄ graui? pccm̄ ē q̄ homici-  
diū. vt statim p̄babit. ḡ seq̄tur q̄ graui? pccm̄ sit q̄ adulteriū. quia  
pccm̄ homicidij maioris ē q̄ adulteriū. sicut p; p; decretū sumptū ex  
p̄bis Augustini. libro. ij. de adulterinis coniugijs. xxiiij. q. ij. si qd̄ ve-  
rius. Qd̄ ergo excedit pccm̄ qd̄ graui? ē. excedit etiā id qd̄ min? gra-  
ue ē. Tertio p̄bat de sacerdote singulariter fornicāte p̄iurus gra-  
ui? peccat q̄ adulter. z p̄ p̄iis p̄iurū ē gū? pccm̄ q̄ adulteriū. s; sa-  
cerdos ois fornicādo efficiat p̄iur? vt statim patebit. g. Maior p; p; p;  
Richardū in tertio. q̄to em̄ p̄sona ē dignior in qua sit iniuria. tāto  
iniuria est maior. s; deus cui iniuriat vr̄ q̄s in iurando est dignior q̄  
p̄xim? cui iniuriat adulterādo. g. Corripit em̄ p̄iurū digniorē or-  
dine. puta hoīs imediate z directe ad deū. q̄ ordie min? ē ille quē cor-  
ripit adulteriū q̄ hoīs ad p̄ximū. z nō imediate ad deū. s; solum



## Foliū

primo mediante. Quarto pbat ppositū p Roptū holcot sup libz  
sapien. c. iij. Tum qz sacerdos magis se elogauit ab actu carnis qz  
vir. qz solēnis inqz. vovit p̄nētiā ab oī muliere z nūqz cō aliq. igil.  
Tum qz votū sacerdotis ē solēnizatiū p sacramētū maioris reuerētie.  
puta ordinis. qd sacramētū ē maioris reuerētie qz m̄rimoniū. qz il-  
lud sacramētū directe z imediate applicat hoīem ad pficiendū cor-  
pus christi vez in sacramento altaris qd ē maximū qd p̄t cōicari hoī  
in hac vita. Illud finalr pz etiā ex signo. qz decreta grauiore pe-  
nitentiā iponit incōtinentibz p̄dictis sacerdotibz qz adulteris. sicut  
habet. lxxxiij. dist. c. p̄sbyter. si fornicatōem fecerit vbi horribil' ad decē  
annos p vna fornicatōe sacerdoti p̄nia iponit. Un̄ si publicus sic h̄  
mō fieret Remor' a ceteris p̄medat panē z aquā. sz diebz d̄nicis z  
festiuis vref tñ q̄dragesimalibz. finitis tribz mensibz creat. nō tñ in  
publicū p̄deat ne laici scandalizent. qz sacerdos nō dz publice peni-  
tere sicut laicus. postea aut dz ieiunare āno z dimidio in pane z aq̄  
ita qz d̄nicis diebz z p̄cipuis festis p̄t bibere vinū z vti lacticinijs z  
lagine. finito anno z dimidio cōicare dz z itab it vltim' in choro z  
tñ minora officia geret. Et dz postea ieiunare legitimas scz feria se-  
cunda q̄tra z sexta in pane z aq̄ vsqz ad septimū annū p̄pletū. ita  
tñ qz l̄dam feriā p̄t redimere legēdo p̄salmterū. vl' d̄do cenariū pp̄  
v̄tū. Expleto septimo anno p̄t eps ipm ad honore p̄stinū reuocare.  
ita tñ qz ieiunet postea sexta feriā in aqua z pane sine redēptōe vsqz  
ad finē decimi anni. hec ibi. Et lz hodie hec pena sit arbitraria. ponit  
tñ hic vt zcubinari' eo citi' respiscat z intelligat qd sit ei agendū  
si vult absolui a pena p̄cū vel in h̄ mūdo vl' in alio. qz credendū ē in  
quit Angel' in summa. titu. p̄fessio. vj. eccliam instinctu spūsc̄i eā  
sic t̄passe. sicut de' p̄ iusticia erigit vel h̄ vel in purgatorio a q̄cūqz  
talitā p̄petrante. vt p̄z in c. h̄ ipm. xxxiiij. q. ij. hec ibi

**De** Quarto. An zcubinari' sacerdos fornicatōe pprie sit trās-  
gressoz voti p̄nētie. q̄ q̄stio zcernit etiā clericos in sacris.  
religiosos z sacerdotes q̄scunqz alios Et arguit qz nō. fornicatio  
p̄hibet' ex p̄cepto. q̄ p̄ eā nō fit voti trāsgressio. votū em̄ ē de re als li-  
cita. Un̄ sic d̄t Sacellari' i forma i regul'. Religiosus p̄fessus z sacer-  
dos vtens copula carnali p̄ter m̄rimoniū. z si q̄uissime trāsgridiūf  
mādatū dei. nō tñ vident' voti fractores. votū q̄p̄e ē solū pprie de  
re als licita. q̄lis nō erit extramonal' diuinctio. Ista zclusio lz apud  
simpliciores videat' extranea. tñ apd̄ intelligentes qd noia voti est  
clara. Notū q̄p̄e fit de operibz superogatois ad q̄ q̄s als nō tenebat  
sic religiosus pprie loquēdo vovet qz nūqz vrozabit. qd antea lice-  
bat illi. null' aut pprie dz vouere qz nūqz fornicabit aut adulterabit



## Decimūtertū

qz ex pcepto ad hoc iam omnis hō obligatur. hec ille. In opposi-  
tus; p veritate videf communis schola. cū etiā in religionibz hmoi vt  
voti trāsgressores puniatur. ¶ Pro rāione hic cōsiderādū. qz ipa  
cōtinentia q̄ subest tēperātie dī abstinētia a delectatōe venerea. z cū po-  
nat absolute p ppria materia voti cōtinentie. seq̄tur qz ipm votū p se  
fert sup hoc qd̄ est nō cōmisceri carnalr seu nō cōtinere. z trāsgressio  
eius p se sup hoc qd̄ est cōmisceri carnalr seu nō cōtinere. qd̄ puritati  
cōtinentie ipm votū iam cōfirmate repugnat. Insup cū huic purita-  
ti cōuenientie nedū cōmixtio carnalis matrimonij licita. s; etiā z lōge  
ampli⁹ impuritas. s; extramatrimonialis cōmixtio repugnet. seq̄-  
tur qz vouēs cōtinentiā. nedū fornicādo sit trāsgressor; pcepti. s; etiā  
voti trāsgressor;. Nec hoc mirū videat. qz vt dīc b. Tho. in p̄ma scde  
q. xviii. z in secūdo scripto. dīc. xl. vnus acius vnitatis nature fm se  
cōsideratus p̄t esse multiplex fm qz ad genus moris refertur. sicut p̄  
ma scde. q. lxxiiij. exemplificat de adulterio. qd̄ non solum p̄inet ad  
luxuriā put opponitur castitati. sed etiā ad iniusticiā put in accipi-  
endo alterius vxore opponitur iusticie. Ita in p̄posito videtur di-  
cendū. cū ipa fornicatio in vouente cōtinentiā dicat duplicē diffors-  
mitatē ppter diuersam habitudinē z cōparatōnem eius ad rōnem.  
idē duplex dīc p̄ctm. vtrūta trāsgressiōne pcepti. z hoc rōne spe-  
ciei; inq̄tum fornicatio. z voti cōtinentie. z hoc rōne carnalis cōmix-  
tionis. ¶ Huius sile sumat de voto paup̄tatis. puta monachus de-  
tinens rē alienā hāc sibi appropriādo rōne sp̄ei inq̄tuz detentio est  
rei aliene. vt sic est trāsgressor; hui⁹ pcepti. non furtū facies. rōne ho-  
talis detentōis seu appropriatōis sit voti paup̄tat; trāsgressor; Alia  
oppositū dicere seq̄ret. qz monachus appropriādo sibi de furto mil-  
le ducatos. nō est; p̄prietarius. s; solū pcepti trāsgressor;. qd̄ absur-  
dum videf. ¶ Igī cōcludēdo p ipam fornicatōnem rōne illius qd̄ est  
cōmisceri carnalr sup qd̄ p se fert trāsgressio voti cōtinentie sit p̄prie  
eiusdē voti trāsgressio. q̄ dīc distinctū p̄ctm a fornicatōne. Hoc autē  
tenere videf verius. salubrius. z magis rōnabile. Concorditer  
huic cōclusioni dixit doctor eximius theologie Lambertus de monte  
publice in scholis. videlz qz rei veritas est; qz p̄biter fornicādo pec-  
cata vōtū vnde absolutōe episcopi eūdē dixit indigere. Ad  
argumentū dicendū. negando cōsequētiā. Sicut em̄ ista cōtītia nō  
valet. retractio phibetur de pcepto. ergo p eam nō sit voti trāsgres-  
sio. puta obediētie. Dū p ipam in superioris cōtemptū violat̄ silētiū  
ita nec p̄dicta cōsequētia valet. Un cōsiderandū. qz est aliud loq̄ de  
fornicatōe absolute. sic em̄ verū est qd̄ dīc. em̄ pcepti trāsgressiōnem.  
Aliud hō est de eadē loq̄. put cōmittitur a vouente cōtinentiā. sic em̄



## foliū

propter diuersam repugnantiā ad rōnē. vt dictū est duplex dē pctm̄  
Nec obstat si replicas. trāsgressio voti vt spēale pctm̄ erit separa  
ta a pcepti trāsgressione. qualis nō est hic. Rūdet. q̄ hoc nō sem  
per req̄rit. s̄z sufficit q̄ possit separatim inueniri. sicut patz de sacille/  
gio. sc̄da sc̄de. q. xcix. q̄d repit̄ur separatim. vt si iudex rapiat aliquē  
de loco sacro quē in alijs locis licite cape possz. z cū hoc t̄n repit̄ etiā  
cū alijs vitijs. vt cū homicidio. vt si clericus occidat. z cū luxuria.  
vt si virgo deo dedicata violetur Ita in pposito trāsgressio voti cō  
tinētis est spēale pctm̄ z repit̄ur seorsuz. vtputa in matrimonio ab  
eo q̄ continentia vouit. Nihilominus p̄t inueniri cū diuersis luxurie  
sp̄cibz. vt cū fornicatōe adulterio. z sic de alijs. Nihil em̄ ( vt vbi su/  
pra d̄t b̄tus Tho. ) prohibet formalr rōnem alicuius peccati spēalis  
in pluribz generibz pctōz inueniri. hec ille

¶ Ad pdictā q̄stionē iam inueni scripta magistri Berardi de Elten  
sacre theologie doctoris eximij ordinis pdicatoz. q̄ dū vineret eras  
regēs puētus Coloniē z inq̄sitor heretice prauitatis. Et rādet ita  
q̄ continentia seu castitas p̄t cōsiderari duplr̄. Uno mō vt p̄cise est op  
posita fornicatōni. z sic cadit sub pcepto isto. nō mehaberis. Exem  
pli cā. Petr⁹ vult manere p̄ totū tēpus vite sue solutus. tūc obliga  
tur ex pcepto seruare castitatē. qz obligat nō fornicari. hoc t̄n qz p̄  
mutare ppositū. ideo d̄t ex contingenti cōtingere. vñ pdicto mō casti/  
tas nō cadit sub voto pprie dicto cū sit de pcepto. Alio mō p̄t cō/  
siderari castitas vt est p̄petua. nō vt opponit fornicatōni t̄m̄. s̄z vt ge  
neralr̄ opponit cuilibet carnali copule sine in matrimonio sine extra  
et vt in omnē euentū obseruāda mutata etiā qualitercūqz voluntate  
nisi accederet superioris autoritas. z sic cadit sub p̄silio quo mō sa/  
cerdos aut religiosus vouent castitatē. de meliori em̄ bono est q̄ fir  
met se z imobilitet animū deo ad nūq̄ inuēdū etiā quocūqz casu se  
offerēte carnalē copulā. dato etiā q̄ nūq̄ se offerat oportunitas  
ad matrimoniū. s̄z ad libitius z puri⁹ z p̄fectius seruicdū deo expe/  
dit sic se obligare. Un̄ p̄z q̄ continentia seu castitas extra matrimoni  
um cadit sub pcepto. sed castitas eadē p̄petua cadit sub p̄silio. sacer  
dos igif̄ aut religiosus fornicās ē pprie trāsgressor voti. vñ z b̄tus  
Tho. sc̄da sc̄de. q. clxxxvi. ar. x. argumento. iiii. d̄t religiosi p̄ votū  
continentie tenēt̄ur ab oibz venerijs abstinere Ad dictū Lacella/  
rū rādet. q̄ nullo mō c̄cludit nec impedit c̄clusionē is dictā. qz ma  
nifeste p̄supponit falsum cū d̄t. votū pprie ē de re al̄s licita qualis  
nō est extramatrimonialis cōiunctio. vbi clare p̄supponit q̄ votū fiat  
de extramatrimoniali cōiunctōe. q̄d falsuz est manifeste z impossibile  
cū votū non possit esse de malo culpe. sicut nec illud cadit sub voto



## Decimūquartū

nūq̄ vti h̄mōi copula carnali extra matrimoniū. cū sit illicitū vt sic. qz hoc nūq̄ est p̄siliū. sed p̄cepti. fm illā rōnem. sed nūq̄ vti copula carnali immobili z firmato aīo quocūq̄ casu emergēte cadit sub voto castitatis. Nec habetur vt ip̄e assumit p̄trariuz ex qd no/minis voti. qz idem opus vt seruare castitatem. id est nō vti copula carnali est opus necessitatis z p̄cepti. put cōsideratur opponi for/nicationi. Et est opus supererogationis prout cōsideratur sub p̄p̄tuitate cū firmitate animi ad ip̄m quocūq̄ casu emergente. Nec im/plicat p̄tradictōem hoc mō idē opus esse supererogatois z p̄cepti diuersis rationibz. hec ille.

**Q̄**uinto p̄ter. An p̄ctm̄ fornicatōis in sacerdote scubi/nario aut etiā q̄cūq̄ alio sit graui⁹ homicidio. Et eadē q̄/sio mouet de quolibet clerico in sacris z religioso Rūdes affirmatiue q̄ sic. p̄supposita tñ veritate p̄p̄onum sequentiū Prima p̄p̄ofitio. ordo inseparabilr hz p̄tinentiā annexā ex voto. Hui⁹ opinio/nis apte est sc̄tus Bonauē. in quarto. dif. xxxvij. sicut em̄ q̄ regulaz viuēdi ab aliquo traditā p̄fitei. puta monachalē. z habitū suscipie eiusdē vbi p̄tinentia annexa est. talis d̄r p̄sequēter vouere p̄tinentiā sic z ordo apud latinos ex eccl̄astica institutiōe hz annexā p̄tinenti/am. z iō q̄ suscipit ordinē spontance se obligat. ita q̄ obligatio illa procedit ex statuto pariter z ex voto. z sit voti solēnizatio in ordi/nis suscepiōe. Huius opinionis q̄ nedum ex statuto eccl̄ie. sed etiā ex voto ordo sacer habeat p̄tinentiam annexam videt̄ fuisse beatus Tho. in de malo. q. vij. ar. vij. vbi d̄r vxores ducere in sacerdo te est p̄tra p̄ceptū de voto p̄tinentie implendo. nō aut̄ in laico qui nō vouit. hec ille. Unde per hec verba p̄supponit votum p̄tinentie fieri a sacerdote. Et Lancellari⁹ in h̄ dicere cōcorditer videt̄ in fine huius regule q̄ sic in regulis d̄r. Quia corpus sacerdotis si vxora retur esset vxoris sacerdos. qui totus debet esse d̄no p̄secratus z ex p̄ditus a cura rerū familiarū. z solutus legibz ciuilibz. z orōni iugiter vacare. rōnabilr restringitur voto castitatis. hec ille. Ulteri⁹ idē p̄z ex hoc. qz qlibet sacerdos saltē d̄i ordinatur p̄mittit. z cum hoc iurat in gradu sacerdotij iugiter manere fm sanctōnes canonū Interrogāte em̄ epo ab ordinādo. vis in ordine presbyterij fm canōnū sanctiones iugiter manere. Respondet z d̄r sub hac forma. Docet̄o et sanctis eius in presenti promitto. sic me deus adiuet z sancti eius. Sanctiones autem canonum habent z insigunt ep̄s/cop̄is neminem debere ordinari nisi qui promisit se caste victurum. vt patet xxvij. distinctiōe. Nullum.



## Foliū

¶ Secūda ppositio maior est obligatio voti q̄ iuramenti. put  
teneb. Tho. scda scde. q. lxxix. qz in vtriusqz trāgressione licz irre  
uerētia fiat. in voto tñ amplior z maior fit trāgressio. qz in iura  
mento irreuerētia tñ fit in eo q̄ nō verificat id qd̄ p nomē eius p  
mittit. In voto qz nō soluit pmissum qd̄ ipi deo debem⁹. z sic est ibi  
irreuerētia z amplius. vtpura infidelitas. Illa em̄ irreuerētia d̄ z  
plus. nō em̄ oia irreuerētia est infidelitas. vtraqz tñ trāgressio ē cō  
tra pceptū p̄me tabule. ¶ Tertia ppositio. trāgressio iuramēti q̄ p  
iuriū d̄. graui⁹ ē peccatū q̄ homicidiū. Hui⁹ opinio est Egidi⁹ de  
roma in qd̄libetis. z doctor Jacobo eiusdē ordinis augu. Et p̄sertim  
b. Tho. in qd̄libetis p̄mo. art. xvij. cu⁹ rō fm̄ eūdē. qz piuriū tra  
pceptū p̄me tabule est. qz p̄terare nomē dei videt̄ qd̄az diuini nois  
denegatio. quare ipm̄ piuriū scdm̄ locū post idolatriā tenet. Homici  
diū autē est tra pceptū sedē tabule. Itē apparet ex hoc. qz ex quo  
in cā peccati cuiuslibet fert iuramentū p̄ hoc ostēdit piuriū p̄ mari  
mo pctō haberi. frustra em̄ in cā homicidiū finis p̄terite est iura  
mentū. si homicidiū grauius est q̄ piuriū. p̄sumeret em̄ q̄ maio  
rē culpā scz homicidiū p̄mittit. nō vereret minoꝝ. scz piuriū incurre  
hec. be. Tho. Huius opinio est etiā Cardinalis iurisprer⁹ in  
cle. de iureiurā. §. p. vbi idē d̄t. Ceteris parib⁹ videt̄ d̄m. qz piuriū  
maius est q̄ adulteriū z homicidiū. qz magis imēdiate relinquit deo  
et charitati qua debem⁹ ferri in deū z sibi inherere. Quāuis autē cir  
ca has tres ppōnes opiniones reperiant p̄trarie. atramē qz iste sunt  
excellētissimoz doctor z scdōz p̄sertim beati Tho. z sc̄i Bonaven  
ture. z securioris vie. id merito sunt p̄e ceteris amplectēde Illis  
ergo p̄missis z p̄suppositis format talis rō. Quicūqz frangit votū  
vel iuramētū violat graui⁹ peccat q̄ si homicidiū p̄mittat. scz cleri  
cus in sacris aut religiosus fornicās fornicādo qualiter fornicatōe  
frangit votū. z violat iuramētū. q̄ quolibet pctō fornicatōis plus  
peccat q̄ si homicidiū p̄mittat. Maior p̄z ex ppōne tertia z secūda  
Minor p̄z ex p̄ma Illius sentimēti z sententie q̄q̄ mirabilis vi  
deat̄ effeminatio. est etiā doctor sc̄us Vincētius in sermone natiui  
tatis marie. d̄t em̄ licz fornicatio simplex sit de minorib⁹ pctis mor  
talib⁹ in laico. sufficēs tñ ad d̄natiōem z infernū intrādū z mino  
ris culpe (hoc tñ intelligēdo vtz opatiue ad alias luxurie. sp̄s. aut  
ex p̄te circūstātie. scz incitāmēti q̄ dimittit rē. vt infra in dubio pa  
tebit) in clericis tñ in sacris aut religiosis est de grauiorib⁹ pp̄ voti  
fractōez. fractio em̄ voti ē mai⁹ pctū q̄ homicidiū. qz vt dicit the  
ologi. mai⁹ pctū ē piuriū q̄ homicidiū. adhuc at̄ mai⁹ pctū ē viola  
tio voti q̄ iuramētū. z istd̄ d̄notā sū tra clericos ignaros. hec ille







## Foliū

q̄ piur<sup>o</sup> es iuramēti sc̄z p̄fici i ordiis susceptōe trāsgressor. Ita q̄ ip̄o  
ad verā p̄niaz 7 p̄fessionē reducto satisfac̄ sibi poterit iūgi salutar̄  
**D̄** Septimo. An sacerdos ꝓcubinari<sup>o</sup> celebrādo graui<sup>o</sup> ꝓc  
cet q̄ si hoīem occidat. aut aliud ꝓctū q̄ntūcūq̄ graue in  
primū ꝓmittat. Et eadē q̄stio p̄t moueri de alio sacerdote indigne  
celebrāte. v̄l etiā laico indigne cōicante R̄ndet simplr loquēdo 7  
absolute q̄ sic. v̄n Gabriel eximius theolog<sup>o</sup> in lectura sua notabi  
li de officio miss̄. lectōe. lxxvii. d̄ simplr loquēdo 7 q̄tū ad genus  
ꝓctū graui<sup>o</sup> ē h̄ ꝓctū indigne sumptōis eucharistie oī ꝓctō ꝓmissō  
in primū. v̄n q̄m<sup>o</sup> ē homicidio. spoliatiōe. adulterio. sacrilegio. in  
celstu. traditōe p̄sone seu ciuitas r̄c̄ys. Qd̄ pb̄ādo adducit b. Tho.  
in 3<sup>o</sup> p̄te. q. viii. ar. v. dicentē. q̄ ꝓctū p̄t dici graue seu graui<sup>o</sup> v̄l ex  
obiecto v̄l ex circūstātia. Prima grauitas ꝓcti ex ḡne. siue obiecto  
p̄ se d̄r. Sc̄da d̄r grauitas ꝓcti p̄ acc̄is siue ex circūstātia. loquēdo  
ia de grauitate ꝓcti ex ḡne. h̄ est ordo grauitat̄ ꝓctōz. q̄ om̄e ꝓctū  
ꝓmittit̄ in reū. aut in creaturā siue in primū. Nūc aut̄ ex p̄te ob  
iecti oīa ꝓctā in reū ꝓmissa grauiora sunt ꝓctis ꝓmissis in creaturā.  
Peccata aut̄ in reū ꝓmissa sunt duplicia. q̄ aut ꝓmittunt̄ in naturā  
diuinā. vt ē infidelitas. blasphemia. odiū rei in se. idolatria 7 filia ta  
lia sunt simplr maria ꝓctā ex p̄te obiecti. Aut ꝓmittunt̄ in hūanita  
tem christi. Et h̄ duplr. Aut in hūanitatē christi manifestā vt fuit  
crucifixio christi 7 ei<sup>o</sup> flagellatio. Aut tectā sub specie sacram̄tali vt  
ē indigna sumptio v̄l celebratio ꝓtra ordinē institutū. ꝓctā ḡ cō  
missa in hūanitatē christi manifestā vt visibil<sup>o</sup> abulauit in terris sunt  
grauiora q̄ ea q̄ ꝓmittunt̄ in sacram̄to latēti. q̄ Propositū ḡ ꝓz q̄  
graui<sup>o</sup> ē ꝓctū h̄ indigne sumptōis aut celebratiōis oī ꝓctō ꝓmissō  
in primū. s̄z ꝓctā ꝓmissa in reitātē. sc̄līter 7 in hūanitatē christi ma  
nifestā apte sunt grauiora. Sc̄do dictū ē q̄ ex circūstātia vnū ꝓctū  
ē graui<sup>o</sup> altero. 7 h̄ ex p̄te p̄sone peccātis. vt q̄ ex ignorātia v̄l infir  
mitate aut certa malicia peccat. Aut ex ꝓtēptu. aut ex surreptōne. ex  
magna 7 modica libidine. 7 ita de alijs circūstātijs. 7 s̄m h̄ ꝓt ꝓctū  
in primū. vt latrociniū eē grauius q̄ indigna sumptio. vt si nō fiat  
ex temeritate. s̄z timore cōfessionis 7 pene. sic ḡ stat q̄ indigna sumptio  
sit maius ꝓctū q̄ infidelitas aut blasphemia. vt q̄n ex maiori ꝓtēp  
tu sit 7 infidelitas nō sit p̄nari. s̄z ꝓtingit ex aliq̄ receptōe. Et sic ꝓz  
r̄sō ad q̄stū. hec ille. q̄ Insup̄ in eodē libro lectōe. vii. ex dictis b.  
Tho. in q̄rto. dist. ix. q. iiij. vbi b. Tho. ondit d̄nabile abusum sa  
crām̄ti eucharistie Iste Gabriel elicit corollarie q̄ sacerdos celebrās  
in mortali peccat duobz distinctis moralibz ꝓctia. vno sc̄z q̄ indig  
ne ꝓsecrat. alio aut̄. q̄ indigne māducatur. q̄ māducare 7 ꝓsecrare duo



## Decimū sextū

actus sunt distincti. et in cuiuslibet indigna executione committit peccatum mortale. hec ille. Et quod concubinarij sacerdotes pre ceteris plus picula et peccatis celebrando aggrauant propter scandalum. id specialiter de eis mora est glossa. Unum simpliciter per se loquendo si celebrando quicquid peccat quod si mille florenos raperet. aut etiam quod plus est quod committeret latrocinium seu homicidium hominis cuiuscumque. putaret iam dicitur. et per dubium infra post piculum terminum euidenter elici potest. Pericula super picula sacerdotum concubinarioz. utinam lynceis oculis decorati essent quibus circumquaque enormia eorum vitia et picula auscultatim inuenerent. utique de emenda cum effectu cogitarent.

¶ Sed me increpando posset quis dicere. ut experientia docuit. ut quid acrius strigas in his erga sacerdotes concubenarios et litteratos scis ne ipsos incorigibiles teste Chrysostomo super Mattheum. in opere imperfecto. c. xxi. ubi dicitur. Quis clericum vidit penitentiam agentem. omnia enim quecumque in scripturis sunt. propter quod in diuina meditatione an oculos eius inueterata sunt et vilia estimant. Nihil autem impossibile quod illum corrigere quod omnia scit. et tamen preueniens bonum diligit malum. propterea clericus qui se meditat scripturas. aut omnino obseruaturus est et erit perfectus. aut si semel ceperit illa preuenire nunquam exercitat in illis ut teneat illa. et si deprehensus humiliauerit se non ideo dolet. quod peccauit. sed profundius. quod gloriam perdidit. hec ille. Quibus concordat dictum glossa Hieronymi. putat Eusebius in de vita et transitu eius narrat. dixit itaque. Ecce mundus undique seruet monachis et sacerdotibus. et tamen iam sunt rarissimi sacerdotes et monachi quod vix de centum vnus reperiat bonus. Nulla certe in mundo tam crudelis bestia quam malus sacerdos et monachus. nam corrigi non patitur nec veritatem vnicuique audire potest hec ille. ¶ Eadem charissime te fateor per hec iuste moueri illi Hieronymi haud inemor quod dicit frustra nititur et nihil aliud quam odium querere. extreme demerite est. Consilij igitur tuis acqiesca superioribus meis homini prouinciam relinquens. vix quidem ad populum et simplices status et serus utriusque propter nonnulla que animam mouent operando iam stylum vertere cogor.

¶ Secundum periculum quod presertim tangit quoscumque inducentes concubenarios ad celebrandum.

**¶ Circa inducentes** Concubenarios sacerdotes ad celebrandum in casu nostro magnum extat periculum. Et tamen inducentes predicti (ut dicitur in summa predicacione) decipiunt et recipiunt. Decipiunt quod dem. quod ordo in sacrificio et missa concubinarioz. ut tamen putat non sunt eis fructuose. Si quis eorum contra hoc dicat. quibus concubinarij malus sit videro tamen eo ut minus illo ecclesie utique ipsi inducendo fructum orationum



## Foliū

eius p̄cipiā. Malicia em̄ ministri nō nocet opi boni actoris. sicut de  
ope misericordie p̄ malū ministrū a dño factū p̄z. Et doctores in  
q̄rto. dist. xlv. apte de suffragiis declarāt. Rūdet q̄ p̄sona p̄uata q̄  
inducit p̄cubinarū ad celebrandū nullū sibi p̄ h̄ se q̄ fructū. Et  
q̄n̄ dicit. malicia ministri nō nocet p̄sone mādanti. Rūdet vt d̄r  
in summa pisanella. titu. suffragiū. §. p̄. Clez q̄d̄ est nisi q̄s sciens  
maliciā ministri z necessitate nō v̄gente scienter faceret eū in suo or-  
dine ministrare. qz tūc inuolueret in eadē p̄ditōe eū eo. hec ille. Un̄  
nō est capax. q̄re p̄ suffragia p̄cubinarij nō satisfaciunt p̄ senec meref.  
s̄ se inabilitat ad susceptōem diuinorū z eū ad celebrandū inducen-  
do (vt statim p̄babif) grauit̄ peccat. Nō t̄n̄ hic fit m̄rito de p̄cubi-  
nariōe characteris z ordinis. rōne cul<sup>9</sup> missa sua ex pte opis opati tāte  
p̄tus ē sicut boni sacerdotis. Nec h̄ mirū. vt d̄r in summa p̄dicantiū  
si q̄d̄ q̄ recepit p̄ manus iudeorū in cruce oblatū. eū d̄e filiū recipit p̄  
immūdas man<sup>9</sup> pessimorū sacerdotū z secretū. Personas t̄n̄ p̄cubi-  
nariorū de<sup>9</sup> nō acceptat vt eorū orōnes inducēt eū possent p̄desse. s̄  
vt sic de<sup>9</sup> p̄ orōnes eorū ad irā pot<sup>9</sup> puocat. sic em̄ d̄ Grego. in pa-  
stozali. z habet. iij. q. viij. in grauib. Lū is q̄ displicet ad interceden-  
dū mittit irati anim<sup>9</sup> p̄culdubio ad deteriora puocat. neqz in om̄i  
potētis iudicio q̄d̄ sed a q̄ daf̄ inspiciat. Dona q̄ppe iniqz nō p̄bat  
altissim<sup>9</sup>. nec in multitudine sacrificiorū eorū p̄piciabit p̄ctis. Eccl̄.  
xxiiij. Propter hec z h̄mōi in p̄dicta summa narrat. titu. missay.  
q̄ q̄dā valēs p̄fessor theologie in cathedra dixit q̄ maluit vnū bonū  
sacerdotē celebrantē p̄ ip̄o. q̄ mille malos. qz ipe z si sol<sup>9</sup> fuerit au-  
dit. illi z si mille fuerint nō exaudiant. qd̄ pulchre d̄n̄sum fuit in He-  
lia. iij. Reg. xvij. Ipe nāqz sol<sup>9</sup> exaudiebat. nā de<sup>9</sup> statim post eius  
orōem ignē misit z holocaustū ab eo oblatū inflāmauit. Alij h̄o oc-  
tingēti q̄n̄q̄ginta orātes a mane vsqz meridiē nō exaudiebant. Mul-  
tū q̄ valet repectio iustī assidua Jacobi. v. Un̄ in sacrificio altar̄is  
nō t̄m̄ attendenda ē eius efficac̄ia ex pte opis opati. s̄ etiā ex pte opis  
opantis. vt q̄ attendat deuotio z meritū opantis. sicut gladi<sup>9</sup> q̄ ini-  
mici vincunt in manu debilis nō h̄z eundē effectū. sicut in manu for-  
tis militis hostes inuadētis h̄z. S̄z qd̄ tūc si q̄s instituat b̄n̄ficiū  
seu ān̄uersariū p̄petuū qd̄ post mortē ei<sup>9</sup> officiat p̄ p̄cubinariū. nū  
qd̄ ille in suffragiis etiā erit recept<sup>9</sup>. Rūdet q̄ nō. ex q̄pter inten-  
tionē talis instituent b̄n̄ficiū ipe p̄cubinar<sup>9</sup> ad deseruiendū sup̄ in-  
ducet. Illud p̄z p̄mo ex pte opis opati. vt tactū fuit. Sacramenta  
em̄ nō a ministro. s̄ ex institutiōe christi efficac̄ia h̄nt. iō malicia mini-  
stri vtputa p̄cubinarij nō nocet p̄sone tali instituti z mādanti q̄n̄ p̄



## Decimūseptimū

eius missam eque ac si alterius boni sacerdotis esset suffragiū p̄seq̄  
optatū. Secūdo p̄ idē ex p̄te opis opantis quīs em̄ vt p̄dictū est  
iuxta auctoritatē Gregorij allegatā. 7 fm q̄ lx. Tho. Bonauē. 7 alij  
doctores tradūt in. iij. di. xlv. mal⁹ sacerdos 7 p̄ns ꝑcubinarius  
in q̄tū gerit p̄sonā p̄p̄riā p̄az v̄l nihil p̄sit defunct⁹. Attamē ad p̄  
positū loquēdo ꝑcubinari⁹ in q̄tū gerit p̄sonā ecclie v̄tq̄ p̄dest si  
cut sacerdos ali⁹ celebrādo 7 orādo p̄desset. vñ vt sic malicia ei⁹ ip̄i  
instituenti b̄ficiū q̄n fructū suffragioꝝ per eundē ꝑcubinariū facta  
plenarie p̄cipiet obesse nō p̄t. Lm̄ rō. qz hec oblatio eius 7 orō vt  
sic nō ē sua p̄ncipali. s; ecclie sponse christi inter quā 7 xpm̄ ip̄e ꝑcū  
binari⁹ in q̄tū vt dictū ē gerit p̄sonā ecclie nūcius eius extat orōem  
eius in ore portās quā p̄i misericordiaz porrigit ad exaudiēdā. Si  
cut aduocat⁹ nō iura sua s; aliena allegat 7 s̄ba ei⁹ cui patrociniū  
p̄stat gerit in ore. Vñ fruct⁹ missę colligit ex merito resultāte ex mē  
broꝝ deuotōe q̄re quēadmodū etiā petitio aliena in scriptis oblata  
p̄ncipi recipit ob grām ei⁹ cui⁹ ē q̄ 7 exaudit. nō autē p̄ quē scriptura  
porrigit Ita in p̄posito indubie d̄m̄. h̄ ita etiā declarat ex Habrie.  
vbi sup̄ lectōe. lviij. et. xxvij. 7 hoc ip̄m̄ etiā satis enucleat in summa  
angelica. Ex q̄bo iā cuidēter p̄z q̄ nō optz p̄pter sup̄ius dicta q̄ q̄s  
debeat retrahi ab institutōe altaris seu cuiuscūq̄ b̄ficij d̄m̄ ꝑcū  
binariū ad officianđū b̄m̄ōi b̄ficiū iducere nō intēdat. quīs vt post  
ip̄o nolēre p̄ ꝑcubinariū b̄ficiū p̄rigat officari. Secūdo dictū fuit  
qz p̄dicti inducētes seu ꝑducētes ꝑcubinarios ad celebrandū neduz  
recipiunt. s; etiā ip̄os ꝑcubinarios recipiūt vt d̄r in iā dicta summa  
qz occasione eis p̄tnt ruine. Si em̄ null⁹ eos ꝑduceret. vt facto sal  
tem ad b̄n̄ viuendū attraherent 7 fames eos ad d̄m̄ reduceret. sicut  
filiū p̄digū reduxit. S; qz p̄mouent sicut boni. iō min⁹ b̄n̄ viuere  
curāt. Insup̄ ibidē d̄r. tali sacerdoti obulū nō darē vt p̄ aīa mea  
p̄ annū celebraret. sciens qz amic⁹ stultoꝝ filis efficit. Proverb. xij  
Et q̄ dat occasione d̄m̄i damnū dedisse videt. ff. ad l. aq̄liam Si ob  
sternit. Et qz multi sup̄ his sunt murmurātes. hinc ad longū q̄stio  
nes desup̄ vna cū argumentis resoluuntur

**Di.** Ergo. An sit p̄ctū inducere ꝑcubinariū sacerdotē notoriū  
ad celebrandū. quēadmodū indies fieri videt in anniuē  
sarijs. exequijs. 7 alijs ꝑculiarib⁹ missis. Secūdo ex p̄nti q̄rit. an re  
tores q̄rūctūꝝ eccliaz in eoz ecclijs nō debeat ꝑcubinarios ad cele  
brandū admittere. nec req̄sita q̄bo celebrēt eis ad h̄ am̄instrare. In  
hac q̄stione p̄mo ponunt p̄ introductionē notabilia. Secūdo ꝑclusio  
nes cum corollarijs suis. Tertio ne nimia fiat distractio argumen  
ta vna cum solutionibus annexantur.



## Foliū

**Primo** Igitur p huius fundamētalī cōsideratōe notādū. vt ex  
b. Tho. qdlibeto. xi. ar. viij. elicit q inducere ꝑcubi/  
nariū ad celebrādū. cū h̄ e eū puocare ad mortale. iō repugnat rōni  
et legi nature h̄ agere. Quare ex p̄nti fm eundē qdlibeto q̄ro. ar. xij  
necessario seq̄r et ondī q̄ p nullā legē hūanā aut ꝑciliū vtputa Con  
stācie seu p papam velup dispensatum sit aut dispensare possit vt  
absq̄ ꝑctō ꝑcubinariū ad celebrādū possit iduci Rō. lex em̄ natu  
re et diuina h̄nt efficacīā ex institutōe diuina. et ꝑtra eā posse dispen  
sare nō eēt posse p veritate sed ꝑtra veritatem. Et ibidem be. Tho.  
Hanc suā idē ip̄e etiā ponit in qdlibeto. ix. ar. xv. dicens. dispensa  
tio hūana nō aufert ligamē iuris natural. s̄ solū positū. qd p ho  
minē instituit et p hoīem dispēlari p̄t. hec ibi Insup infer̄ q̄ nec ꝑsue  
tudo q̄ in plerisq̄ locis inualuit valet. puta q̄ ibi ꝑcubinariū sicut  
aliq̄ sacerdotes honesti inducunt ad celebrādū Nec iducētes h̄mōi  
q̄n grauissime ꝑccēt excusare p̄t. Cui⁹ rō. qz dictū ē q̄ iuri nature re  
pugnat ꝑcubinariū ad celebrādū inducere. iā cōsuetudo vt d̄t bea.  
Tho. 2. 2. q. 100. nō ꝑiudicat iuri nature aut diuino Et p̄ 2. q. xcvij  
d̄t q̄ nulla cōsuetudo vim leḡs obtinere p̄t ꝑtra legē nature v̄l diuī  
nā. lex em̄ nature et diuina ꝑcedit a volūtate diuina. Cū nō p̄t muta  
ri p cōsuetudinē ꝑcedentē a volūtate hoīs zc. hec ibi. Quibz ꝑcor/  
dat in qdlibeto. ij. ar. viij. vbi vult q̄ solū ea q̄ sunt de iure possitno  
p d̄t cōsuetudinē abolerē et nō vt in casu n̄ro q̄ sunt de iure nature. Et  
hec apte cōfirmant h̄a. viij. dist. p totū. Cōsuetudo em̄ tria legi natu  
re v̄l diuine poti⁹ ē dicēda corruptela. vt p̄z p c. si. de ꝑsue. vñ fm An  
thoninū. j. pte. titu. xvj. c. vnico. §. iij. hec corruptela et abūso ligat  
seruantē ad mortale. licz ꝑph̄ dolor tot⁹ mund⁹ vt ibidē ip̄e addit  
h̄mōi abūsonibz et corruptel̄ plen⁹ sit ꝑtra q̄s d̄t d̄ns Erodi. xxiij.  
nō seq̄ris turbā i malū. Ex q̄bz oibz liq̄do in casu n̄ro apparet q̄ se/  
clusa etiā cōsura q̄cūqz ecclie q̄ hi falso innitunt fundamēto q̄ p̄p̄t  
cōsuetudinē triā seu legē hūanā attētant affirmare q̄ sit licitū ꝑcu/  
binariū ad celebrādū inducere cū lex nature inuariabil̄ maneat cui  
hec inductis enī d̄ct̄ fm be. Tho. repugnat

**Secūdo** Notādū. Quis absolute loquēdo nemo possit nec de  
beat ꝑcubinariū certitudinal̄ in mortali iudicare. nec  
ip̄m in h̄ etiā definire. firmiter em̄ post actū ꝑcti iudicare ꝑsonā ali/  
quā in mortali. p̄ter d̄ct̄ p̄tū. p̄tū. ē etiā ꝑtra bonitatē sp̄s̄fici q̄ in  
vno instāri (sicut de paulo patuit) p̄t hoīem bonū facere Cū grādis  
supbia eēt vsurpare iudiciū qd̄ ꝑp̄tū ē ei⁹ q̄ occultoz cognitoz ē et  
iudex. vt habet. xxxij. dist. Erubescat. Nihilomin⁹ quis sine ꝑctō h̄  
ip̄m mortale ꝑctū p̄t de eodē ꝑcubinariū qd̄ in eo existat timere. Et



## Decimioctauū

hoc id. qz pbabilr psumit in mortali. Tum pmo. qz nō p̄t absolui. vt sup̄ p̄ conclusiones patuit. cernit̄ est̄ in criminoso statu p̄seuerare. Tum scdo. qz celebrando p. c. fi. de temp. ord. peccat mortali. Tum tertio ex pena. vt puta eterne dānatiois. q̄ ibidē in h̄ caplo sibi minas et etiā ab ecclia pena suspētiōis z irregularitatis sibi infligit. qd̄ nō ageret nisi de p̄senti i mortali posset p̄sumi z i mortali timeri. Cū p̄dict̄ sonat dictū Alexandri de ales in scda pte summe. q. cxxv. vbi d̄r. Soli⁹ dei ē iudicare de occultis iudicio certitudinis. Et manifesta tio vt scribit̄ Prover. xxvij. q̄ corda dicunt manifesta prudentibz nō ē nisi qdā noticia fm̄ p̄iecturā p̄pter quā nō d̄z p̄cedere iudiciū bonitatis aut malicie fm̄ certitudine. sz ex hoc p̄t oriri qdā p̄sumptio Cū qñ d̄r. Matth. vij. A fructibz eoz cognosces eos. ibi fructus dicunt̄ illa iudicia manifesta per q̄ p̄t esse cognitio p̄sumptiōis non certitudinis. Nec ille.

**Tertio** No. h̄ valde singulari. q̄ quis absolute vt dictū ē quis p̄t z d̄z bonū quēlibet etiā notoriū peccatōē iudicare. Attamē q̄ cū notorio h̄mōi aliqd̄ h̄z agere z iminet p̄iculū. tūc eū dē malū d̄z p̄sumere. z h̄ ex sup̄pōne. vt infra q̄nto nota. p̄ doctores notat̄. Vni⁹ exēplū sume. sic raptor notori⁹ ex effectu z fama. tal̄ p̄t dū actu nō peccat iust⁹ a q̄libet iudicari. p̄t tñ talē p̄sumptiōem aut qdā. nō debet ei filia tuā nuptui tradendā tradere. nec volēs inducere nūciū aliq̄nē ad aliqd̄ grande depositū trāsmittēdū tali raptor̄ infami p̄pter h̄ iudiciū bonū h̄ depositum salua p̄scia p̄mittere p̄t. qz als vt infidel̄ depositarius peccaret. z de lata culpa vt vere reus eēt arguendus. sz debet z tenetur vt dictū est̄ eūdem tūc malū ex sup̄positiōne p̄sumere z nullo mō depositū sibi p̄mittere. Ita in p̄posito d̄dm. quis q̄ cū p̄cubinario nihil h̄z agere p̄t eum in ecclia z extra eccliam bonū iudicare z p̄sumere. Secum tñ h̄ns agere sup̄ officio misse celebrando an videlicet̄ debeat eū ad celebranduz inducere. debet z tenetur p̄pter periculū ab hac inductiōe abstinere. z eū dē in idoneum ad celebrandum p̄sumere.

**Quarto** No. p̄tra mltos. nō existēte necessitate in voluntario sacramēto (vt ē i casu n̄ro) nemo p̄t sibi cōsciam formare aut regulatā deponere erga p̄cubinariū quīs actu eū nō videat peccantē vt posset eū vt idoneū ministr̄ ad celebranduz iudicare z ex post ad h̄ inducere. Qd̄ p̄mo p̄z. qz p̄tra charitatē p̄xi mi ageret. vt infra p̄ conclusionē patebit. Scdo a fili. nemo p̄t p̄sciam formare aut deponere erga p̄cubinariū vt inducat eum ad iurandū sup̄ dimissione p̄cubine faciendā. vbi tñ est̄ res sacra. sz iur



## Foliū

ramentū q̄ aliū in bono confirmat. et hoc p̄pter piculū p̄iurij et abusus iuramenti. ne sc̄z nomē dñi taminet. vt in textu p̄z in c. clericis de coha. de. et muli. vbi etiā Panor. d̄r. q̄ nullū iuramentū est deferendū illi extra quē ē vehemens suspicio de transgressione. Deferens em̄ illud s̄m Angelū peccat mortali. q̄ multo min⁹ p̄t q̄s formare sc̄ciam aut deponere. q̄ eundē sc̄binariū inducat ad celebrandū cū ibi nedū cōtaminatio nois dñi imineat. s̄z verisim̄ et q̄dā mō indubie ip̄met do mino irreuerētia et iniuria fiat. Dictū notāter fuit sine necessitate in volūtario sacramēto. sc̄z em̄ in necessitate in necessario et de iure de b̄ro. cui⁹ rō infra ad sc̄dōm patebit. Et hui⁹ similitudinē in hac materia assumit Angel⁹. et etiā habet in p̄ysanella. sc̄z de usurario notorio accipies em̄ mutū ab eodē sub usura in necessitate nō peccat. s̄m b. Tho. 2. q. lxxvii. et Alber. in. iiij. dist. xxxvii. s̄z salua sc̄cia accipe p̄t. Sine necessitate at̄ tal peccat. nec sc̄ciam de iug deponere p̄t. d̄r em̄ Alber⁹ ibidē q̄ absq̄ necessitate dare usurā ē graue p̄ctū et p̄cto mortale. hecille. Cuius rō s̄m Durandū in. iiij. dist. eadē. q̄ nō satis displicet alicui d̄natio p̄mi q̄ scienter p̄ponit ei materiam absq̄ iusta necessitate vñ sumit occasionē peccādi. Un̄ d̄r etiā Petrus de pa. vnicuiq̄ mādauit de⁹ de p̄ximo suo. et q̄ absq̄ iusta cā materiā talis usurario p̄ponit vñ sumit occasionē peccādi. ideo peccat. sicut si mulier trahat aliquē male dispositū ad concupiscendū absq̄ necessitate se ei p̄sentans peccat. Ita est in p̄posito

**Quinto** Nota. ex p̄dictis. Esto q̄ factū dubiū sit. an sc̄z sc̄binarius ad celebrandū possit induci. v̄p̄ta. q̄ ex vna pte videt p̄ signa et cohabitatioem cōtinuā in p̄tō p̄seue rare. Et ex alia pte. q̄ d̄fiteat et cū alijs regulariter se h̄z vt vere penitens videat. nequa q̄ tñ adhuc salua sc̄cia ad celebrandū p̄t induci. Dubiū em̄ hoc a volēte sacerdotē ad celebrandum induceret. tunc erga sc̄binariū in priorē partē d̄z interpretari. et nō in meliorē. et h̄z vt dicit̄ ex sup̄pōne. Qd̄ ostendit̄ p̄mo p̄ sacros canones. vbi cūq̄ em̄ piculū aie iminet in dubio. tenet̄ q̄s necessario in tutiorē partē. q̄ v̄is illa ps̄ prior altera videat. vt p̄z p̄ c. Iuuenis de sp̄ōsa. Un̄ p̄ regula ibidē elicit̄. q̄ in dubijs tutior ps̄ ē eligēda. cū q̄ nō inducēdo sc̄binariū ad celebrandū nullū sit piculū sicut in opposita pte. sc̄z si inducat. sc̄z p̄positū. q̄ nō d̄z induci. Illud ampli⁹ p̄ Panor. mitanū ostendit̄ in. c. ad audientis. et in. c. significasti de homici. vbi inter multa cludit̄. q̄ in foro p̄niali ad p̄niam ip̄onendā aut q̄si penitētia vbi ad penā p̄prie nō agit. s̄z vt ab aliq̄ actu exercēdo i q̄ dubitat̄ de aliq̄ delicto. sp̄ in dubio tutior ps̄ ē eligēda. Exp̄plicat̄ ad p̄positū. vt si dubitat̄ an aliq̄s ab altar̄ ministerio debeat abstinere.



Rūdet idem Panoz. q̄ canones q̄ sic. cessando eñ nulluz est pericu-  
lū. ita in pposito Si dicas. durus est hic sermo. christus cui⁹ ve/  
stigia sunt imitāda mitis erga peccatores fuit. quare pia pars videt  
eligenda. videlz q̄ iudicet idoneus. ⁊ q̄ sit inducēdus Rūdet per  
eūdē Panoz. q̄ in dubio illa pars est mitior ⁊ benignior q̄ est tuti-  
or. vt est textus in cle. exiui. de h̄to. sig. ⁊. c. fili p̄posite. de testi. Et ad  
p̄dicta p̄tinēter allegātur canones in. c. vnico. de scruti. vbi d̄r q̄ ge-  
nerale est vbi periculū aie vertitur in dubio p̄sumit in deteriore p̄tes  
Et licz illa videat deterior. melior tñ est ⁊ tutior. vt p̄z p. c. allegatus  
